



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

III. De clandestina desponsatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

eaque continua) ne separantur.

Nam si violentia inducta etiam pubes cum <sup>11. Ex li-</sup> impubere sponsalia contraxerit: eum ad adultam <sup>teris.</sup> aetatem expectare ne cogitor. olli virum alium accipiendi libera facultas tribuitur.

Pater autem adultum filium non consentientem <sup>1. Tua</sup> matrimonio ne conlocato, nondum adultum <sup>nos.</sup> cui volt conlocato. Is, postquam ad perfectam aetatem peruenerit, omnino hoc adimpleto.

Porro licet sponsalia cum minore septennio <sup>12. Duo</sup> contracta per cohabitationem post septennium <sup>pueri.</sup> conualescere, & publicam honestatem inducere dixerimus: per matrimonium tamen soluntur.

*De clandestina desponsatione. Tit. 3.*

**C**landestina coniugia penitus inhibentur. <sup>3. Cū in-</sup> Ollis ne quis sacerdos interesto. Cū qui <sup>hibitio.</sup> contracturi erunt, in ecclesiis per presbyteros <sup>in prin.</sup> publice proponitur. competens terminus praefinitur. Intra eum qui volunt & valent impedimentum opponunt. Presbyteri nihilominus ex officio de impedimento anquirunt. Probabilis coniectura si erit: donec, quid faciendum fiet, adpareat, contractus inhibetur.

Si parochialis sacerdos taleis nuptias prohibere <sup>θεμα. fi.</sup> negleget, aut etiam regularis qui eis interesse praesumpserit: ab officio triennium suspenditur. Si culpa qualitas postulabit: grauius punitor. Qui taliter etiam in concessu gradu contrahere praesumpserit poenitendo. Qui vero ad impediendas legitimas nuptias dolo malo, proces-



## De sponsa duorum.

- θεμα.* sint canonicam ultionem ne effugiunt.
- Si quis.* Quod si qui claudestina vel interdicta coniugia etiam ignoranter in gradu prohibito contraxint: soboles in legitima censetur. Sic & si ambo impedimentum scientes etiam in conspectu ecclesie preter omne interdictum contrahere presumpserint, idem esto.
- 2. Quod nobis.* Sanè si matrimonia ita occultè contracta fuerint, ut inde legitima probatio non adpareat: qui contraxint ab ecclesia ne compelluntur. Sin contrahentes postea publicabunt, ni causationabilis erit, ab ecclesia recipiuntur. tanquam à principio in conspectu ecclesie contracta comprobantur.
- 1. Si quis.* Si quis autem aliquam clam & in furno desponsauerit, & mulier desponsationem negabit: viro probatio incubito. in contrario casu idem esto.

### De sponsa duorum. Ti. 4.

- 5. Tuas.* Postquam inter legitimas personas consensus interuenerit de presenti, si cum aliis postea de facto contrahant, quod prius iure factum fuerat ne irritator.
- 1. Duobus* Fides enim in duplici differentia cum fiet, pactionis, & consensus, pactionis quidem fidem si quis alicui duerit, aliam ne ducito. Si faxit: ob fidem mentitam pœniteto. cum hac tamen proxima maneto. Sin verò consensus: aliam ne ducito. Si faxit: dimittito, priori adhæreto.
- 2. Accipisti.* Itaque si quam per fidem consensus alter sibi desponsatam habuerit uxorem acceperis: eam tu